



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

1. Veneficium propriè significat veneni adplicationem, sed extenditur etiam ad Maleficium, quo quis alteri nocet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Caput I.

De Veneficiis, Incantationibus, Sortilegiis.

Synopsis.

- I. *Acceptio Veneficii.*
- II. *Procuratio veneni.*
- III. *Maleficium.*
- IV. *Astrologia iudiciaria.*
- V. *Divinatio.*
- VI. *Sententia S. Thomae.*
- VII. *Usus carminum à Dæmone doctus.*
- VIII. *Questio de solutione maleficii.*
- IX. *Obligatio malefici.*
- X. *Diversitas sortilegiorum.*
- VI. *Sortes diuisoriae.*
- XII. *Sortes consultoriae.*
- XIII. *Quae officia sorti committenda.*
- I. *Et si Veneficium proprie signis.*

gnis.

gnificet Veneni procurationem, seu propinationem, hic tamen sumi potest, ac debet etiam pro eo Maleficio, quo quis ope Dæmonis alteri nocumētum adfert, seu priuando vitâ, seu morbū inferendo, aut quocunq; tandem modo officiat. Et cum hæc Maleficiorum noxa omnibus Christianis extreme veniat abominanda, vt plurimum tamen sanctitatem & perfectionem Religiosi status dedecet. *Vide Delrium. tom. 2. Disquisitionum Magicarum lib. 3. q. 1. fusè disputantem quibus & quot modis maleficium parare contingat. Et Cyprianum Lectione Patreni. 13.*

II. Ea propter incidunt casum reseruatam. 1. Religiosi, qui venenum procurant & propinant, etsi Veneficium careat omni labe Magiæ, neque mors, aut morbus, v. g. ob veneni imbecillitatem non sequatur, sed omnino
suffi-